



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 111. Antonii Coralii Cardinalis obitus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

ret. Turpissimum hoc juxta ac atrocissi- Sæcul. XV.  
mum facinus eosque concitavit popu- A. C. 1445.  
lum, ut in primo æstu Joannem Bapti- Æn. Sylv.  
stam Cannetulum in suo latibulo depre- Epist. 3. &c.  
hensum in frusta concideret, alios ejus- cap. 53. de  
dem criminis consortes captos brachiis, Europa.  
ac cruribus mutilaret, eorumque corpo-  
ra in quatuor partes dissecta patibulo af-  
figeret. Annibali Patri successit Joannes  
Bentivolius hujus nominis secundus sub  
tutela cuiusdam sibi sanguine juncti edu-  
catus, qui tamen nonnisi cruentis con-  
filiis sese in imperio firmaverat, cum plu-  
res ex Malveziorum familia trucidari, &  
Marescottos urbe expelli juberet, eoquod  
tam hos, quam illos secreto in ipsum  
conjurasse comperisset.

### §. CXI.

#### *Antonii Corarii Cardinalis obitus.*

Meliori fato sublatus est hoc eodem an-  
no Papiæ Antonius Corarius, Ve-  
netus, Cardinalis Episcopus Ostiensis fa-  
cri Collegii Decanus, & Papæ Gregorii  
XII. Nepos. Hic unus erat ex Fundato-  
ribus Congregationis sancti Georgii in Al-  
ga; Vir morum innocentia, Virginitatis  
laude, ac omnium suorum beneficiorum  
abdicatione longe celeberrimus. Arde- Platin. in  
bat summa in pauperes charitate, in quos Eugen. IV.  
tam liberaliter omnes suas opes erogavit,

ut

Sæcul. XV. ut vix sibi, quo tenuiter viveret, retine-  
A. C. 1445. ret. Gregorius Papa Patruus ejus illum  
Ciacon. in ad Cardinalium Collegium adscivit, An-  
Greg. XII. no supra millesimum quadringentesimo  
& Eug. IV. octavo, & primo in Franciam, demum  
 in Germaniam Legatum decrevit. Dicitur  
 scripsisse Historiam rerum sua ætate  
 gestarum, quæ hactenus inedita exstat  
 Venetiis in Bibliotheca Ecclesiæ S. Geor-  
 gii Canonicorum Regularium, quorum  
 institutum ipsem hic Cardinalis una-  
 cum Eugenio IV. & Laurentio Justinia-  
 no olim professus est.

## §. CXII.

*Joannis Palæologi Imperatoris Con-  
 stantinopolitani obitus.*

*Naucler. ge-* Joannes Manuel Palæologus Imperator  
*ner. 39. p. 47°* Constantinopolitanus eodem quoque  
 anno die trigesima prima Octobris na-  
 turæ debitum solvit, spe frustratus unio-  
 nis inter Græcos stabiliendæ, quam ta-  
 men tot laboribus impigre suscepis pre-  
 movere studuerat. Ita nempe, divina  
 providentia ob fines suos altissimos hu-  
 manæ cognitioni impervios permittit, ut  
 non raro' justissima, ac optima consilia o-  
 ptato destituantur successu. Reliquit  
 imperium vere dilaceratum, quod partim  
 formidanda Turcarum potentia, ac sum-  
 ma Græcorum imbecillitate, partim fu-  
 nestis